

44/58557

K 186 a

E

C

EX

L




S

ENR. ERN. KESTNERI,
D. & Prof. Jur. Ordin.

ASCICULUS
CCXC. POSITIONUM
EX JURE PANDECTA-
RUM CONTROVERSO,

*Duodecim Disputationibus
exhibitūs.*



ETC. ETC. ETC. ETC. ETC. ETC. ETC.

RINTHELI,
is HERMANNI AUGUSTINI ENAX, Acad. Typogr. 1702.

Isto heic Tibi B. L. fasciculum
DCC. Positionum ex jure pandecta
rum controverso, miraberis inter to
systemata, paratila, commentarios
compendia, syntagmata, sicutim
disputationes, controversias, & nescio
quot insignia nomina, pa
gellas has vix semialphabe
tum compleentes in publicum protrudi. Nec iniuste
miraberis, qvod si enim ipsa verborum pondera
solidis ob typi compendium rationibus destituta,
ipsumque tot controversiarum cumulum aut par
cius aut plane non exhibitum inspicias, non ini
qvam me incurrere censuram, & me fatente di
judicabis ipse. Qvod si autem & finem & scopum
præsentis instituti ponderare lubet, æquius nifallor
judicium feres. Scilicet cum Studiosa juventus
nulla re magis qvam crebris disputationibus, non
nisi insignem utilitatem allaturis, exerceri, nec
veritas magis inqviriri, nec ingenium ejusque vires
melius, nisi hoc adhibito præsidio, excoli possit,
sancta officii norma suadere videbatur, ut, qvos
in collegio Lauterbachiano privatim disputando
exercueram, eosdem in publicam arenam provo
carem, quo his velitationibus muniti & nutriti ad
exemplum aliorum graviora nec Præside ingenii
monumenta sisterent. Fateor multas adhuc re
stare controversias, sed has & harum disquisitio
num pleniores discussionem sub forma tractatus
exhibendam futura, si qvæ sunt & dabuntur sistent
tempora. Interea optandum esset, ut jurispruden
tia nostra tot difficultatibus, tot disputationibus
& tot



3801441 585 57181

& tot, uti alibi dixi, incommodis obnoxia ad meliorem quandoque normam & formam redigetur, quod quamvis difficile, non tamen impossibile videtur. Quantam hac in re felicitatem Gallia, Anglia, Dania, ut alia regna taceam, teneant, quis nescit? Et quare hoc in Germania non fiet? universalem quidem per totum imperium instituendam juris reformationem praesens rerum nexus & tanta animorum disparitas permittere non videntur, quare vero in uno alteroque principatu tam necessaria pariterque maxime utilis Juris reformatio institui non possit, nullam ejus rei video rationem, pulchra sunt quae in hanc rem *Franciscus Baro*, *Chokierius*, *Campanella*, *Conringius*, *Hotto-mannus*, *Dn. de Unverfahrt* / *Dn. Kulpinus*, *Dn. Leibnizius*, & in primis vir omni laude dignissimus *Dn. Thomasius* passim differunt. Utinam quoque Celeberrimus *Zollius* Collega noster devenerandus laudatissima illa privatim per discursum communicata consilia publico quandoque donaret, nec illa suo fructu caritura certo persuasus sum. Interim frustra, tali nondum facta reformatione, omnis hac de re instituitur disputatio. Cum Doctoris non sit leges ferre, sed interpretari. Ut adeo eorum conatus merito reprehendendus veniat, qui vel ideo doctrinam Juris Romani, quod tot notabilibus scateat nævis, penitus abiciunt, quo ipso quam misere juventuti Academicæ consulatur, quem latere potest? Strenuus adeo tam augustissimæ scientiæ labor impendendus, valeatque heic dicterium istud, maneat usus tollatur abusus. Solet quidem prima juris fundamenta tractaturis famosissimum

sissimum compendium Lauterbachianum commendari, qvod utut doctrina insigni instructum, & ita, uti compilator Schüzius fatetur, comparatum, ut sive in schola sive in foro verseris, non nisi uberrimos ex hoc fructus colligere possis; non incongruum tamen *Dn. Harprechti* in novissima editione judicium arbitramur, qvando ait, de cætero qvam maxime illud dolemus, qvod istum libellum non dupondii, sed plane tyrones, sibi haetenus sub primo confestim in stadio studii juridici introitu, posthabito magis facili, in feliciter solidandis hujus ardui studii fundamentis & principiis alio manuductore, diligere audeant. His profecto hoc compendium & juridicum qvasi σκέλετον (nisi vel singularis ingenii præstantia vel improbus labor meliora conciliet) non potest non certo dispendio esse. Qvod si tamen elegantes Illustris *Dni Strykii* notæ, qvin & qvæ in præclarissimis ad hunc autorem, sicutimentis solide deduxit Celeberrimus multisqve ob intimam amicitiam nominibus nobis colendus *Dn. Pagenstecherus* heic conferantur, incommodo huic medelam afferri posse automo. Multas quoque, qvod fere omissem, ex doctrina Coccejana in positionibus his adduxi sententias, olim ulterius deducendas, qvod vel ideo monendum duxi, cum Illustri & Summo huic viro ob tot in me beneficia & haustam ab ipso informationem me ad cineres usqve obstrictum fatear. Faxit Deus, ut omnes actiones nostras ad ipsius voluntatem tanquam purissimum juris fontem componamus, & in amore Dei & proximi vivamus?

Tantum.

JURIS

JURIS PANDECTARUM CONTROVERSI,

DISPUTATIO I.

Quam in Auditorio Jutorum ad diem 5. Nov. 1698.

Publica disquisitioni subjiciunt,

PRÆSES

HENR. ERN. KESTNER,

Doct. & Prof. Jur. Ordin.

Et R E S P.

REINHARDUS GOCLENIUS,

Rintheliensis.

TH. I.



D Rempubl. per omnes undique
que partes feliciter regendam Imperator
neminem admittit nisi Jurisperitos §. ult.
Proœm. Inst. Prima enim in omnibus ne-
gotiis quæstio est, an jure quid fiat, cæ-
teræ omnes arbitriae *Cic. I. de Orat.*
c. 202. § 236.

Lib. I.
Tit. I.

II. Fundamentum jurium omnium jus Naturæ est,
quod immutabile ipsaque Dei voluntas est, omnia illa facere
permittens, quæ prohibita non sunt. Cum vero hoc nimirum
generale sit, nec omnes in societate humana occurrentes
casus definiat, ita opus fuit Jurisprudentia humana inter quas
omnium præstantissima est augustissima illa Juris Romani
scientia *Duar. prefat. pand. Duck. de usu & auct. Fur. Civ. I. 1.*
c. 2. ex quo apparet, quod utrumque hoc studium combi-
nandum excolendumque, & non, quimodo seculum invaserit
A alte.

alterutrum, seu tractandum, seu ad quæstiones practicas, fundamento rite nondum structo, properandum sit Conf. Mr. Obrecht Paran. de necess. juris publ. & priv. conjunctione.

III. Recte jurisprudentia divinarum quoque rerum notitia dicitur.

IV. Non datur universalis Justitia ad Dd. operose descripta, quod sit virtus perfecta; at datur virtus universalis diff. commun.

V. Quæ in §. I. f. de f. & f. describitur Justitia, particularis est, non universalis, nèdum divina, uti Hottemannus voluit.

VI. Non datur Justitia distributiva nec commutativa, frustraque hæc ex regulis proportionum metitur, cum contra proportionis mensuram sèpius jus dicatur diff. commun.

VII. Tria sunt juris præcepta, à quibus tanquam limpidissimo doctrinæ moralis fonte nunquam recedendum, at vero horum unumquodque reliqua comprehendit.

VIII. Jus Natura est voluntas Dei tacita, Divinum, expressa, illud cordibus inscriptum, hoc verbo revelatum.

IX. Jus Nat. materialiter, non formaliter brutis competit. Eederer de jur. bestiab.

X. Forensis & Ceremonialis Juris hodie nulla obligatio est diff. Dn. Bodinus diff. de oblig. forens.

XI. Datur Jus Gentium secundarium diff. Pufend. & Dn. Thomas.

XII. Jus vel præcipiens vel permittens est diff. Hahn.

XIII. Vix meretur nomen juris, qui non omnia jura, in Academiis tractari solita, videlicet Jus Natur., Jus Civil-Rom., Jus Publicum, Jus Canon. & Eccles., quin & Jus Feudale cum praxi conjunxerit.

XIV. Male a Cujacio textus l. 20. §. 3. de O. I. corrigitur, ut pro 20. 60. legantur.

XV. Fuit lex regia l. 1. de const. Pp. sed vera lis est, an ea lege summa potestas Principi jure proprio data sit, an tan-

tantum administratio, hoc sentiebant Romani, illud Augusti
diss. Mart. Schockius de leg. reg.

XVI. Institutiones derogant pandectis. *dissent. comm.*

XVII. Versio novellarum autentica non est latina
diss. Alb. Gent. de jur. civ. c. 7.

XVIII. Scriptura non est de essentia legis.

XIX. Princeps est solutus legibus etiam quoad vim
directiveam. diss. comm.

XX. Datur æquitas scripta.

XXI. De præteritis quandoque lex ferri potest.

XX. Positiva leges omnino in conscientia obligant.

XXIII. *L. 2. C. qua si long. temp. consuetudo de statu*
 Monarchico loquitur, in quo indistincte consuetudo intro-
 duci non potest.

XXIV. Unicus interdum actus ad consuetudinem in-
 troducendam sufficit; non vero unius Doctoris testimonium.

XXV. In Privilegio personali solius personæ non
causa, in reali, vel certæ rei, vel causa, ratio habetur.

XXVI. Privilegia restitutioñis, sc̄ti vellejani, non
 simpliciter personalia, sed realia sunt *l. 7. § 1. de except. l. 20.*
C. de senatconf. vell. dissent. Laut. p. 10.

XXVII. Privilegiatus contra privilegium non ute-
 tur jure suo, nisi alterum privilegium vel potentius sit, vel
 alter contra privilegium laderetur *l. 2. §. f. ff. de min.*

XXVIII. Privilegium dignitatis, dignitate licet amis-
 sa non exspirat *conf. l. f. ff. de Decur.*

XXIX. Masculi potiores sunt in iis quæ tribuuntur
 sexus præstantiæ, feminæ in iis quæ sexus infirmatiæ, aut ob-
 partum.

XXX. Si neuter in Hermaphroditō sexus prævaleat,
 hic tamen nequaquam electionem habebit *dissent. Lauterb.*
p. 13. jura enim sexus arbitrii privati non sunt, sed legis.

XXXI. Qui in utero est vere homo est, *l. 38. §. 8. de*
p. œn. sed non in rebus humanis l. 164. de V. S. & hoc sensu

Tit. III.

Tit. IV.

non habetur pro homine *in l. 9. §. f. ff. ad L. fal.*

XXXII. Imperfectus partus cui in partibus integrantibus aliquid deest, pro partu legitimo habetur, non monstrum, unde nec hoc baptizandum, bene ostentum.

XXXIII. In probanda partus vitalitate emissio vocis non requiritur. *diff. Brunnem. ad l. 3. C. de lib. & posth.*

XXXIV. Origo patriæ potestatis ex Jure Nat. est.

XXXV. Ex justis nuptiis natus legitimus præsumitur, & est, tametsi mater contrarium dixerit *arg. l. 29. §. 1. de probat.*

XXXVI. Quod novo jure legitimi sint, qui 1. & 2. mense post nuptias nascuntur *ex l. 11. C. de Nat. lib. non probatur. diff. Lauterb. p. 15.*

XXXVII. Per subsequens matrimonium, in ipso licet mortis articulo contractum, filii legitimantur, nuptialibus instrumentis ad probationem, non substantiam matrimonii necessariis.

XXXVIII. Concubina post mortem filii naturalis ducta, nepotes tamen legitimantur, nec impedit, quamvis medio tempore alia ducta, & ex ea filii legitimi-nati sint. *dissentient varie.*

XXXIX. Adulterinos per rescriptum Princeps legitimari, plane absolum est, nec rationi juris convenit. *diff. Besold. conf. 56. num. 50.*

Tit. VII. XL. Naturalis filius emancipatus iterum adoptari potest, non adoptatus.

XLI. Spadones, non castrati adoptant.


XLII. Adoptati jus familiæ, non nobilitatem consequuntur.

XLIII. Doctoralis dignitas non liberat a patria potestate, nec monachismus, aliud in praxi.

XLIV. Liberi separatim habitantes dimissi censemur quoad onera, non commoda. *Nov. 8r.*

XLV. Liberi ante adoptionem concepti in patris adoptivi potestatem non transeunt.

XLVI.



XLVI. Arrogatus impubes ex qualunque causa exheredatus, vel sine justa causa emancipatus, sua bona omnia, ex arrogatoris vero bonis quartam ab intestato consequitur.

XLVII. Quatuor sunt juris in re species, possessio autem cum facti est l. i. §. 4. l. 3. §. c. ff de Acq. poss. neque ad jus in re, neque ad jus ad rem spectat, cum tamen mutuantur ex jure arg. 49 cod. sequitur qualitatem ejus unde mutuantur.

Tit. VIII.

XLVIII. Qui hostili animo muros ac portas in castris transcendit, hodieque capitali pena multari potest.

XLIX. Male definiuntur res communes, quod sint, quarum usus Jur. Gentium omnibus patet, proprietas vero nullius est, contradictorium enim est rem communem esse, id est, ad omnes, & ad nullum pertinere diff. Lant. p. 20.

L. Mare occupari potest; usus maioris communis, proprietas nullius est dissent. Grot. tr. de mar. liber.

LI. Molendina in mari vel flumine occupato struere non licet, aquam vero haurire, eaque que ad usum Jure Gentium communem faciunt exercere, omnino licitum integrumque erit.

LII. Pecunia est res mobilis.

LIII. Annui reditus, quorum dies venit, sunt res mobiles.

LIV. Lecti in diversoriis perpetui usus gratia existentes pro immobilibus rebus habentur Finckelth. O. 26, n. 18.

LV. Voluntaria Jurisdictio est, quae sua natura non litis decidenda, sed vel actus firmandi, vel juris concedendi causa constituta est, et si lis aliquando incidat, quae tum ab eodem judge decidenda est arg. l. 2. ff de Jet.

Lib. II.

Tit. I.

LVI. Actus isti jubere caveri pratoria stipulat, in integrum restituere, in possessionem mittere, magis sunt imperii quam jurisdictionis.

LVII. Quando quis sibi ipsi jus dieit Id ipso jure nullum est l. 10. ff. de Jet. si suis valet, l. 77. de jud. nisi exceptio suspecti opponatur d. l. 10. melius tamen facit judex, si abstinet,

stinet, & parcissime ceu pro necessitate jus iis dicat l. 16. ff.
de off. presid.

LVIII. Mandata Jurisdictio mandantis revocatione
post item contest. non extinguitur arg. §. 9. de mand. l. 49.
§. 1. ff. de jud. l. 3. C. de nov. l. 6. ff. de fct. c. 19. ff. de off. Jud.
del. Mandatum enim re integra non revocari, notorii
juris est. *dissent. Lauterb. p. 25.*

LIX. Mandatarii & mandantis eadem Jurisdictio
l. 1. §. 1. quis a quo appellat delegati, & notio dati alia, unde
appellationis cæterique effectus d. l. 1. §. 1. c. 27. §. p. & ult.
de off. jud. del. quo ad legatum proconsulis notum quoque
est, quod hujus propria sit jurisdictio a populo data l. 4 ff.
de off. ej. arg. l. 6. §. 1. de off. proc. cum multis quæ specialis
sunt concessionis ut in l. 1. §. 1. de Tut. & cur. l. 11. de offic. proc. at
ea lege, ut a proconsule ei mandarentur l. 4. ff. de off. ej.

LX. Quoties forum rei causa & favore statutum, toties
prorogatio valet, non si superioris Gail. l. O. 40.

LXI. Potestas gladii olim populo, hodie statibus jure
proprio competit z. F. 56. quæ aliis, & Jure Regalium con-
cedi potest, & jure officiū l. 3. d. 16. hoc solum mandari ne-
quit & proprie imperium merum dicitur.

LXII. Optimo jure principibus statibusque imperii
jus, adeoque etiam jurisdictio circa sacra competit, non
papæ.

LXIII. Castro simpliciter in feudum dato, mit den
Gerichten superioris jurisdictio in feudum data non censetur.
dissent. Lauterb. p. 27. concessio enim stricti juris est, nec
præsumitur.

LXIV. Actio de albo corrupto adversus singulos cor-
rumpentes datur in solidum, unius tamen præstatio reliquos
non liberat.

LXV. Pœna 500. aureorum quæ hoc nomine solvi-
tur, non actori, sed in dubio fisco applicatur *dissent. Lauterb.*
p. 28.

12
Tit. II.

LXVI. Edictum quod quisque juris in alterum statuerit ex Jur. Nat. est. diff. Dn. Thomas. in jurispr. divin. ¹⁵⁹⁵.

LXVII. Adversus Tutorem jus novum impetrantem hoc edictum locum habet, non procuratorem l. 3. pr. quod quisque jur.

LXVIII. In jurisdictione Principium est cognitio, extreum executio sive citationis sive sententiae l. 1. § 1. si quis jus dic. non obt. l. 1. §. f. de Vulgar. subst.

LXIX. Filius a patre, quin & Vasallus a Domino recte hodie in jus vocari possunt: Gail. de pign. c. 15. n. 4.

LXX. Pupilli infante maiores citari possunt, idem in minore l. 1. §. 3. de adm. & jur. tut. si infans, & furiosus, solus tutor l. 1. §. 2. l. 28. pr. de adm. tut. si sui juris, solus pater l. 22. pr. de in jus. voc. idem si illi actores sint.

LXXI. Inter effectus citationis referendum est, quod operetur præventionem, interrumpat præscriptionem, perpetuet mandatarii jurisdictionem, quod ea facta nihil innovari possit, incipit vitium litigiosi & obligatio seu comprehendendi, seu cavendi.

LXXII. Ex vocatione in jus alterna nascitur obligatio vel sequendi, vel idonee cavandi. Extra territorium a judice incompetente citatus impune emanet, intra territorium citatus venire debet, etiamsi dubitetur, an competens sit ad quem vocatus est l. 5. ff. de Jud.

LXXIII. Quoties judici exponenda cautio fidejussionibus hoc faciendum l. 7. ff. de Prator. stip. Nov. 53. c. 2. 3. at si parti privatim sufficiunt pignora.

LXXIV. Qui tempore cautionis præstandæ bona immobilia possident, nudæ promissione relinquentur l. 1. 5. §. f. Qui satisd. cog. quod si postea desinunt esse possessores, non tamen denuo cavyetur d. l. eoque necessario requiritur obligent res ipsas arg. l. 3. §. f. l. 4. ut in poss. leg.

Tit. III.

Tit. IV.

Tit. V.

Tit. VI.

XXXV.

Tit. XI.

LXXV. *Duo in rit. si quis cauit. in iud. sist. fact. non obr. caeventur. I. ut neus se silitat in eadem causa L. 1. d. t. et si executio in persona rei difficilior sit, modo jus agendi non de terius d. l. 11. l. 12. d. t.*

Tit. XII.

LXXVI. *Festo die cessatur ab omni opere, profecto a nullo, nefasto a solo iudicio, fastus est quo iudicium fit.*

LXXVII. *Hebreis, non Romanis a solis ortu ad occa sum dies computatur. Hi autem diem vel civiliter a media nocte, vel naturaliter de momento in momentum computant, idque incipit a cuiusvis negotii momento computandi 24. horas, illud sit in actibus legis L. 6. ff. de usucap. hoc in praetoriis & judicialibus L. 3. p. 3. de minor.*

LXXVIII. *Ordinariae feriae sunt, quae lege in certum casum, vel certum tempus perpetuo constitutae et si quotannis non recurrunt.*

LXXIX. *Nuptiae die sabbathi, quin captura non tan tum in gravioribus, sed levioribus quoque delictis fieri potest.*

Non omnes arbusta juvant: majora sequuntur:

In tenebris omnes non latitare volant.

Talia dum Tecum flammato corde volutas,

Ingenii prodis semina lecta boni.

Perge bonis avibus: paritas sic gaudia patri,

Surrigit atque Tibi summus honoris apex.

Nobilissimo Doctissimoque Dn. Respondenti amico μολυφιλτρω infucatum amorem testaturus, haec pauca cum voto perennaturæ felicitatis apposuit

B. KRÜGER,
Jur. Candidat.

JURIS PANDECTARUM CONTROVERSI,

DISPUTATIO II.

Quam in Auditorio JCtorum ad diem 19. Nov. 1698.

Publica disquisitioni subjiciunt,

PRÆSES

HENR. ERN. KESTNER,

Doct. & Prof Jur. Ordin.

Et RESP.

JUSTINUS ECCARDUS MOTZ,

Sababurgensis Hassus.

TH. LXXX.

FErīis privatorum causā institutis, non aliis renunciari *Tit. XII.*
*F*poteſt. *arg. l. 3. 8. ff. de paet.* ſi ratione unius dies ſit feriatus,
hoc, illi renunciante, definit talis eſſe *arg. l. 7. C. de in-*
integ. reſtit.

LXXXI. Legalis terminus in favorem partis prolon-
gari poteſt, niſi litis finiendae causā conſtitutus *l. 2. ff. de*
Re Jud. Nov. 23. c. 1.

LXXXII. In criminalibus plures dilationes dantur,
ſed brevior instantia *l. 2. 3. C. ut intra cert. temp. l. 13. § 1. de Jud.*

LXXXIII. Libellus eſt vel actionis quo reus damnari *Tit. XIII.*
allegatis cauſis petitur, vel citationis, quo citari.

LXXXIV. In personalibus neceſſe eſt exprimi cau-
ſam debendi ſaltem deſcriptione, non verò in realibus cau-
ſam dominii *l. 6. dereb. cred.*

LXXXV. Nomen actionis, ut in libello exprimatur,
neceſſe non eſt, *Obſt. l. 3. C. de edend.*

B

LXXXVI.

LXXXVI. Clausula ista, quod in possessoriis judiciis, jura sua allegans eo ipso in petitorium se intromittere nolit, valde utilis est.

LXXXVII. Clausula conclusioni adjecta de fructibus interdum necessaria, de restituendis expensis litis verò supervacanea videtur *l. 13, §. 6. C. de judic.*

LXXXVIII. Ante item contestatam libellus mutari potest, non postea, nisi in accidentalibus, refusis alias instantiae expensis *l. 46. ff. de jud.*

LXXXIX. Casus *l. 2 C. de refc. vend.* non est obligatio alternativa, sed supplementum pretii ex lege est *l. 6. §. 1. ff. de Re jud. dissent. Lauterb. p. 41.*

XC. Causa hypothecaria alternativè peti potest, *dig. Lauterb. p. 41.*

XCI. Instrumenta quis edere tenetar vel (1.) quia probatio ipsi incumbit *l. 2. C. de dilat.* vel (2.) quia alteri jus in iis est, ut (1.) in *l. 6. §. 5. de edend.* (2.) *l. 7. C. d. t.* (3.) *d. l. 6. §. 5. l. 9. pr. d. t.* (4.) *l. 4. §. 1. l. 10. eod.*

XCII. Instrumenta sine die, rationes cum die & consule edi debent *l. 10. §. 1 ff. de edend.*

XCIII. Consensus nudus ex se non infert obligacionem, sed consensus de commutando jure, vel cum animo se obligandi *l. 3. §. 1. de O. & A.* Consensus vel plenus est, quo negotium perficitur, vel minus plenus, quo convenitur ad illud perficiendum, hic nihil operatur *l. p. inf. C. de his que ut indign.* animus obligandi non presumitur, sed liberandi *l. 47 ff. de O. & A. arg. l. 1. §. 2. de O. & A.*

XCIV. Male confundant Dd. tacitum, presumptum & fictum pactum, quae in se distinctæ separataque sunt, illud est, quod rebus aut factis declaratur *l. 32. §. 1. de LL.* & certum esse potest, istud quod non certò, sed probabiliter intelligitur, et si expressum, hoc, quod non est ex consensu, sed lege perinde habetur, & jus statuitur ac si consensum esset.

*l. 4. pr. in quibus causis pign. l. 4. pr. de pact. aliter Lauterb. p. 44.
conf. Thomas. jurispr. div.*

XCV. Quando Creditor debitori chirographum reddit, inter ipsos ne debitum petatur, conventum videtur, tametsi plures ejusdem tabulae conscriptæ, secus in pignoribus, quo ad alios in hoc chirographo obligatos, nihil heic agi *Lauterbachius p. 44.* sentit, verius tamen est contra eos cesa-
sam actionem *arg. l. 59. de Legat. 3. dissentit Dn. Berg. in resol.*
ad Lauterb. b. t.

XCVI. Origo contractuum ex jure N., varia ejus nomina ex J. Gent., plurimi vero ejus effectus ex Jure Ci-
vili sunt *dissent. varie.*

XCVII. Inter pactum & contractum nulla naturali-
ter differentia est.

XCVIII. Recte amputatis tot pactorum ineptis figu-
ris, in Jure Can. & praxi ex omni pacto deliberato actio
datur, quo ipso tamen manet distincta essentia & natura con-
tractus, à pacto contractui adjecto, manet quoque differen-
tia hodieque inter pactum & stipulationem *Struv. ex. 5 th. 22.*

XCIX. Pactum personale soli pacienti prodest *l. 25.
§. 1. de pact. l. 17. §. 5. cod.* & successori singulari, reale etiana
(1.) heredi *l. 57. §. 1. eod.* et si rei non intersit *l. 33. d. t.* (2.) Fi-
dejussori *l. f. d. t.* Si intersit reo *l. 32. d. t.* (3.) Sociis &
condominis *l. 34. pr. de rec. qui arb. l. 2. C de duobus rei.*

C. Non correis, nisi sociis *l. 27. pr. b. d. l. 34.* non pactum
fidejussoris reo *l. 23. d. t.* Si tamen id dictum sit, exceptio
doli datur *l. 25. §. f. l. 26. arg. l. 10. §. f. de pact.* nocet soli he-
redi & successori singulari *l. 16. d. t.* at si ipsum debitum
tollitur, omnibus hocet, etiam correis *l. 31. §. 1. de novat. l. 28.*
de Jurejur. nisi socii sint. *d. l. 27. pr. d. l. 24. pr.*

CI. Rectius dicitur, quod pactum vel contractus, vel
pactum in specie sit, hoc nudum, vel non nudum, quod
utrumque vel obligatorium vel liberatorium, aliter *Lauterb.*
p. 44. & 45.

CII. Contractus est pactum quod ipsa negotii natura continet aliquam juris commutationem seu obligationem efficacem l. 7. §. 1. & 2. d. t. aut eam tollit. l. 27. §. 2. d. t.

CIII. Obligationis naturalis effectus sunt 1. exceptio l. 7. pr. de pæct. l. 4. C. de usur. l. 6. de comp. l. 19. pr. de cond. indeb. hinc 2. valent accessiones l. 7. ff. de fidej. l. 1. §. 7. ff. de pecun. const. l. 17. §. 1. ff. de pign. & novatio l. 1. in f. de novat.

CIV. Ad contractum nominatum requiritur 1. nomen specificum, 2. quo significetur consensus ad jus commutandum & obligandum; innominatus est, cuius vis ex facto est.

CV. Et ad hunc requiritur 1. ut actu aliiquid præstum 2. eâ lege, ut iterum quid præstetur

CVI. Quasi contractus ex præsumto tacitoque consensu non nascitur, quin contra consensum datur l. 6. §. 3. ff. de negot. gestis. l. 3. 2. de rebus cred. Quasi contractus sunt facta, quibus licetè quid agimus circa rem alienam l. 3. 3. de cond. indeb. Unde obligamur etiam in viti & potestate juris naturalis dissent. Lauterb. p. 46. & Struv. ad ff. tit. de pæct.

CVII. Inter pæcta obligatoria speciali legis assistentia munita rectè donatio, dotis promissio, pæcta usurarum, conslitutum, quin & conventio hypothecæ refertur, ut posteriorius l. 17. §. 2. de pæctis docet, ex edicto autem est, quòd hæc actio contra possessorem detur dissent. Lauterb. p. 45.

CVIII. Pactum compromissorum, pactum suffragii, stipulatio aut literarum obligatio, non sunt conventio nuda, sed quæ transire in varias species contractuum possunt.

CIX. Liberatoria pæcta sunt, quæ suâ naturâ tantum per exceptionem obligationem tollunt, sed in specie ad hoc lege confirmata sunt, ut ipso jure tollant. Hodie uti dictum ex omni quidem pæcto actio datur c. 2. X. de pæct. in 6. at pæcto obligatio ipso jure nec hodie tollitur. Dm. Coccej. diff. de pæct. & stip. hod. differ. sect. 3. §. 3. & seqq.

CX. Pacto adjecto non mutatur rei essentia *l. 1. §. 45.*
46. ff. depos. l. 12. ff. de prece. l. 70. ff. pro socio l. 14. §. 4. de relig.
arg. l. 17. §. 2. de pact. pactum adjectum aliquando est verus
contractus l. 5. §. 3. ff. de pres. verb. l. 1. §. 12. l. 24. 25. 26. ff.
depos. Nec tamen ex eo, sed ex primo contractu agitur d.l.
§. 13. excipe 1. Si prior contractus pacto consumitur d.l. §. 8. ff.
depos. 2. Si alternatim conventum, tunc ex eventu depen-
det l. 10. ff. de reb. cred. Si numeratione in continenti adjecta
fit stipulatio, ex hac sola agitur l. 6. 7. de Nov.

CXI. Ex pactis in continenti adjectis tum datur actio
 praescriptis verbis, quando 1. pactum recedendi in eventum
 à contractu initum est *l. 12. ff. de P. V. l. 6. ff. de resc. vend.*
 2. Si perreum stet, quo minus conditio impleatur *l. 50. ff.*
de C. E.

CXII. Furiosi non contrahunt, male autem factus in
 furioso consensus presumitur *l. 5. ff. de R. I.*

CXIII. Aegrotus cum Medico durante morbo pro sa-
 lute non contrahit, an Advocatus cum cliente de quota litis
 recte paciscatur, queritur; Nos id affirmamus de Jur. Nat.,
 non Civili, confer. diss. Dn. Zollii concl. 1.

CXIV. Contractus inter patrem & filium initus valet
 quidem, et si inde actio non sit *l. 38. de cond. indeb.*

CXV. Minor omnia agit ut major, sed lasso datur
 restitutio in integrum *t. t. ff. de minor.* Curatore ipsi dato
 redigitur in statum pupilli pubertati proximi *l. 3. C. de in integr.*
rest. ex stipulatione obligari potest l. 10. ff. de V. O.

CXVI. Prodigus omnia acquirere etiam solus, cum
 curatore autem omnia agere potest *l. 6. de V. O. l. 5. §. 1. de*
acqu. her.

CXVII. Contractus de re aliena valet, quin etiam
 de re qua non est, sed futura creditur.

CXVIII. Pacto haereditatis duo obstant, (1.) quod ha-
 ereditates jure publico, non pacto privato deseruntur *l. f. de*
suis & legitim. (2.) Quod pactum continet votum captan-
 dæ

dæ mortis l. 5. de part. huic soli solus renunciare potest l. f. C. de part. l. 27. §. 4. de part.

CXIX. Moribus pacta hæreditatis reciproca, et si captatoria, valent, pertinent hue pacta gentilitia die *S. Martinus*. *Pachten Gailz.* 2. O. 126. sic optima ratione valet quoque pactum si filia renunciat in favorem familie, vel minor frater in favorem primogeniti; valet quoque si hæreditas continetur sub negotio licito ut in l. 32. §. f. de V.O. l. 11. C. de legit. r. n. l. 18. de Adopt.

CXX. Pactum istud ne Dominus rem suam alienet, si pacientis interest, valet, & eo igitur in casu ad id quod interest agitur. l. 6. §. 1. l. 7. de Ser. export.

CXXI. Non est conditio l. quæ tacite inest. l. 99. de Cond. & demonst. nec 2. expressa, quæ ex lege quoque inest l. 3. de Leg. 1. nec 3. quæ verbis talis est, substantia autem deficit. l. 35. §. 1. de V.O.

CXXII. Impossibilis conditio quæ in faciendo consistit, in ultimis voluntatibus pro non adjecta habetur, contractus autem simpliciter vitiat.

CXXIII. Essentia conditionis (quæ ex mente disponentis constituitur) mutari non potest. l. 55. l. 94. de cond. & demonst. accidens potest l. 11. §. 11. ff. de legat 3.

CXXIV. Dies conventionibus vel additur ut terminus à quo, & tum agi non potest nisi existat, l. 10. de V.O. & hic aliquando mutatur. v. g. quotannis 100 dabis, qui cadit ab initio cujusque anni l. 56. §. 4. de V.O. vel ut terminus ad quem, quo obligatio non fuitur ipso jure, sed per exceptionem §. 3. de V.O.

CXXV. Generalis transactio extenditur quidem ad omnes species, nisi 1. de iis non cogitatum, 2. & si cogitassent probabiliter de iis pro eodem pretio transacturi non fuissent. l. 12 ff de transact.

CXXVI. Syndici actores cause de omnibus negotiis non transigunt l. 34. §. 1. de junctur.

CXXVII.



CXXVII. Incerta causa est, cum lis est, vel metetur, modò non sit evidens calumnia l. 65. §. 2. ff. de cond. indeb.

CXXXIII. Super causa controversa ex ultimis voluntatis, quarum tenor nondum est cognitus, rectè transigimus, frustra dissentiente Lauterb. ad tit. de transact. sub lit O, conf. 16. ff. de transact. & l. 1. rest. quemad. aper.

CXXIX. De publicis commissis delictis valet quidem transactio, sed tantum de Jure privato, quod in arbitrio partis est l. 27. §. 4 ff. de pass. exe. l. 18. C. de transact.

CXXX. De annuis redditibus transigi potest, l. 8. §. 13. ff. de transact. non alimentis ultima voluntate relictis, nisi melior eorum causa fiat.

CXXXI. Quod si reus de crimine, cuius poena non est mors, transegerit, obstat ipsi 1. r. t. de SC. Turpiliano. 2. quod sit species concussionis l. 2. de concuss. & 3. prævaricationis, reusque pro convicto habetur l. f. ff. de prævar.

CXXXII. Verius est propter enormem læsionem ex l. 2. C. de rescind. vendit. rescindi transactionem, modò pars verè læsa sit, læsa autem non videtur, l. quæ sciens ultiro jus suum remisit ut in l. 78. §. f. ad Trebell. l. 5. C. de dol. mal. dissent. Lauterb. p. 56.

CXXXIII. Advocatus quoque in propria causa esse potest, nec tantum Advocati soli, sed & privati & amici postulare possunt r. t. de post. & r. C. de Advocat. dissent. Lauterb. p. 56.

Lib. III.

Tit. I.

CXXXIV. Arbitri & Judices in Judicio, in quo sunt Judices, Advocati esse nequeunt, secus si alia sit instantia l. pen. ff. jud. solv.

CXXXV. Subditus in causa contra Magistratum, non patriam, advocatus esse poterit l. f. ff. de post.

CXXXVI. Famosi latronis defensio, si nondum convictus est, impediti nequit, l. f. §. f. C. de his qui latr.

CXXXVII. Si promissum sit annum salarym in causam victoriæ vel amicabilis compositionis, tunc integrum de-

debetur, licet intra annum advocatus decesserit.

CXXXVIII. Causam quam Advocati sciunt in justam esse, minimè suscipere debent l. 14. C. de Advocat. quin nec in hac transactio suaderi potest arg. l. 1. de transact.

Tit. II.

CXXXIX. Infamia est existimationis nostræ imminutio, nostro delicto facta, notandum in hac est, quod aliud sit turpitudo actus, aliud opinio tantum de ea, illa separari ab actu nequit, hæc potest.

CXL. Si factum tale turpe admissum fuerit lata culpa, id utique infamat l. 21. C mand. l. 11. §. f. b. t. l. 24. p. 6. de bared. per. l. 6. §. 6. & ult. de his qui nor. in qua expresse dicitur quod perfidia infamet, atque hæc sola causa hujus culpa in d. l. 10. ignorantia juris infamat, quæ ibidem pro lata culpa habetur: evincit quoque hoc omnium optimè regula generalis, quæ in l. 226. de V.S. exhibetur conf. Cic. pro sexto Roscio cap. III. Zaf. sing. resp. l. c. 2. num. 36. dissent. Lauterb. p. 61.

CXLI. Causam, quare mulier intra annum nubere debeat, turbationem sanguinis esse ait, JCtus in l. 11. §. 1. de his qui infam. not. per quam tamen non intelligitur, commixtio semenum, vel superfætatio, sed qua opus conceptionis vel impeditur, vel alias naturalis ejus ratio turbetur.

CXLII. Extraordinaria judicia non infamant l. 7. de publ. jud. exc. 1. Prævaricationes & calumniæ in publico judicio l. 1. de his qui not. l. 3. C. de calumn. 2. Sepulchri violati l. 1. sep. viol. expilatae hereditatis l. 12. C. eod. & abigeatus arg. l. 2. de abig. 3. Si concurrens cum criminis actio civilis infamet.

CXLIII. Infames de Jur. Civ. & Can indicium faciunt, quod tamen neutro jure ad probationem sufficit arg. l. 2. de sen. l. 3. §. p. l. 21. de test. non est igitur inter jura hic dissensus, uti frustra Lauterb. vult. p. 62.

CXLIV. Infamia facti non ex lege, sed opinione honestum virorum oritur.

CXLV. Qui bonis cedit, infamiam nullam contrahit.

JURIS PANDECTARUM CONTROVERSI,

DISPUTATIO III.

Quam in Auditorio JCtorum ad diem 3. Dec. 1698.

Publicae disquisitioni subjiciunt,

PRAESES

HENR. ERN. KESTNER,

Doct. & Prof. Jur. Ordin.

Et R E S P.

JUSTUS HENRICUS APPOLD,

Cassellanus.

TH. CXLVI.

Infamia quæ lege inuritur, lapso tempore durat l. 15. pr. ff.
ad munic l. 5. pr. de decur. nisi pæna corporalis gravior delicto d. l. 15. pr. l. 13. § p. ff. & l. 4 C de his qui nor. infam. Quæ à judge, cessant l. 3. §. 1. de Decur. nisi pena delicto sit levior d. l. 3. pr. l. 13. pr. d. t. Qui in officio est eo ad tempus motus, lapso tempore id recipit l. 1. C. de his qui in exil. l. 3. C. de his qui nor. inf. ad tempus relegatus, non recipit l. 2. pr. ff de Decur. eligi tamen potest in infimum locum, modo locus vacet d. l. 2. pr. de Decur. Neuter novos honores recipit, nisi post tantum temporis, quo remoti fuerunt, l. 15. pr. l. 2. C. de his qui in exil. vel consensu principis l. 13. pr. de Decur.

Tit. II.

CXLVII. Jus Canonicum distinctionem istam inter procuratorem cum, & sine libera non introducit, nedum approbat, sed in famoso c. 4. de proc. in 6. In principio dicitur de generali ad litem, in fine de universalii procuratore.

Tit. III.

CXLVIII. In casu quando reus eum contra quem litis nomine regressum habet, procuratorem substituit, non agitur ex isto mandato, sed fidejussor solvens ex priori mandato, emptor rei exempto, venditor hæreditatis ex vendito agit *l. 42. §. 2. de procur.* ab actore datus agere potest, etiam invito domino *l. 55. de procur.* si a reo optio est actoris, quem malit convenire *l. 59. ff. de proc.*

CXLIX. Falsa est *Gaiti in l. 1. O. 47. num. 4.* Sententia, quasi in camera ratihabitio procuratoris post sententiam valeat.

CL. Dare & dari procuratores possunt qui *1. pacisci 2. bonorum administrationem generalem habent, et si 3. Domini non sint.*

CLI. Plures rei unum quoque procuratorem dare possunt in causa communi *l. 48. fam. ercisc.* inter eos, qui instar se fam. ercisc. aut comm. divid. agunt, non si cum tertio *l. 2. §. 4. ff. famil. ercisc.*

CLII. Deinde plures ab uno omnino procuratores dari possunt *l. 31. §. 1. & 2. l. 5. inf. jud. solv.* at hi non simul agere *l. 24. in f. de adm. tut.* Sed utroque in solidum dato, melior est conditio occupantis *l. 32. de proc. arg. l. 4. de in rem vers.* Junctim dato, unus utriusque nomine agit, diversis temporibus dato, posterior *l. 32. ff. de procur.*

CLIII. In criminalibus in causa contumaciae semper à parte rei procurator esse potest *l. 33. §. 2. ff. de proc.* in principali non potest *l. 71. eod. l. p. §. 1. de publ. jud.* nisi pena relegationis vel minor *l. 5. in f. pr. de pæn.* excipe *1. l. f. C. de inj. 2. t. ff. ad L. Jul maj. 3. l. 4. inf. de sciar. junct. l. 33. §. 2. de procur.*

CLIV. Procurator ad agendum, quin etiam in rem suam datus defendit exc. *1. Si ex necessitate factus l. 33. §. f. & l. 34. de procur. 2. Ex causa onerosa sine dolo d. l. 34.*

CLV. Negligentia & contumacia procuratoris nocet Domino quoad præjudicium causæ *l. 1. §. 2. si quis jus dic., non*

non quoad poenam personæ, d. l. un. §. 2. Si quis jus dic.

CLVI. Procurator de Jure Civili appellationem interponere tenetur, non persequi l. 10. C. de appell. l. 17. C. eod. alia remedia nec interponere Mœv. p. 5. d. 157. dissent. Lauterb. p. 69.

CLVII. Potest quis sibi ipsi votum dare, neque tamen seipsum facit syndicum, arg. l. 4. & 4. Quod eius llni.

Tit. IV.

CLVIII. Syndici cum ad lites tantum dentur, non habent tantam, quantam universorum bonorum procurator, potestatem l. 18. §. 13. de man. & hon. Unde quoque non transigunt, nec juramentum deferunt, non præstant juramentum, quippe quod seniores loci præstare solent dissent. Lauterb. p. 71.

CLIX. Obligatio quæ in quasi contractu ex facto licito oritur contra Neg. gestorem etiam invitum & ignarum datur. l. 6. §. 3. l. 3. §. 5. de Neg. gest. at contraria actio cessat, ubi animus obligandi non est. l. 14. §. 1. comm. div. l. 14. §. 11. de relig. Ut in patre & matre, quoad prius diss. Lauterb. p. 72.

Tit. V.

CLX. Si quis aliena negotia tanquam sua, bona fide gessit, datur actio Neg. directa non utilis l. 5. de neg. gest. dissent. Lauterb. p. 72. est autem, vel res corpusve alienum, vel nudum negotium, scilicet quod ejus est, l. cuius contemplatione gestum. 2. Si is id ratum habet l. 6. §. 9 de N. G.

CLXI. Negotiorum Gestor præstat culpam levis. simam, in omni enim ultronea administratione requiritur exactissima diligentia l. 24. C. de Usur. l. 21. de Mand. l. 22. C. de Neg. Gest. §. 1. 1. de obl. que qu. ex contr. l. 25. §. 16. fam. ercisc. dissent. Lauterb. p. 72.

CLXII. Contraria N. G. actio cessat, quando quis animo donandi gesserit, qui non præsumitur, nisi in patre l. 15. C. de N. G. marito, si pro ægra uxore l. 13. C. de N. G. matre & avia, si in alimenta impenderint l. 34. ff. l. 11. C. de Neg. Gest.

*Lib. IV.**Tit. I.*

CLXIII. Restitutio contra propriam latam sententiam valet, sed non contra superioris, vel æqualis decretum *l. 1. C. ubi & apud quem arg. l. 4. de recept. qui arbitr. l. 18. de Min.*

CLXIV. Restitutio etiam in re minima fit, *l. 4 ff. b. restit. exc. 1. l. 4 ff. de in integ. rest. junct. l. 21. de exc. 2. l. 9. §. f. de dolo malo. 3. l. 54. d. C. E.*

CLXV. Restitutio sœpius peti potest, nisi 1. semel denegata 2. ex eadem causa petatur. *l. 1. C. si seperest. petitur autem non finitur quadriennio l. 13. §. 1. C. de jud. exc. l. f. C. de dol. mal. et si per modum exceptionis fiat l. 9. §. 4. de jure jur. l. 8. §. 13. de inoff. testam.*

Tit. II.

CLXVI. Capitales minæ, quæ justum involvunt metum, tum proprie sunt, quando quis 1. atrocia minatur, 2. solitus sit exequi. 3. Alterque eas aliter præcavere non possit, unde minæ verbales non sufficiunt.

CLXVII. Nuda opinio venire prædonem sufficit ad amittendam possessionem *l. 7. de acqu. poss. Si actu venerit ad hoc edictum, vel interdictum de vi l. 9. pr. l. 3. §. 6. de A P. si insuper possessionem occupaverit, ad id ut usucapi non possit l. 33. §. 2. de usucap.*

CLXVIII. Vis metusve consensum non tollunt *l. 21. §. f. Quod met. caus. Dolus tollit. l. 2. pr. de jud. quoad prius disent. Pufendorff. & Thomasius.*

CLXIX. Famosa est remedii, quod ex restitutionibus hinc resultat, divisio a practicis introducta in rescindens & rescissorum, verum notandum, quod duplex tantum actio sit, cum actio amissa repetitur *l. 9. §. 4. 7. l. 21. §. 4. Quod met. caus. l. 17. pr. quæ in fraud credit. quæ successivè cumulantur Conf. Dn. Cocceji disput. de differ jud. resc. & resciss. scit. 2. & 3. cum res ablata, unum, et si actore volente prior quoque actio restituiri possit d. l. 9. §. 4. l. 13. §. f. de min. quæ concurrit alternative.*

Tit. III.

CLXX. Datur dolus bonus.

CLXXI. Quod in actione de dolo malo deceptus electionem habeat, an contractum nullum dicere, an vero contra adversarium agere velit, de jure falsum *arg. l. 5. l. 7. pr. C. de res. vendit.* at reus replicatione doli repellendi posse videtur *conf. l. 41. §. f. de pign. act.*

CLXXII. Quod rei, ex causa dolia domino traditae, dominium in accipientem transferatur, falsum omnino est. *l. 31. pr. de Acq. rer. Dom. l. 55. d. C. E. l. 36. de Dom. inter. Conj. l. 6. C. de prad min. l. 15. de acq. rer. Dom.* cum enim contritus hic ipso jure nullus, impossibile erat dominium hec transferri posse, *dissent. Lauterb p. 79.*

CLXXIII. Actio dolii dum datur, si nullum aliud juris remedium subsit, si probabiliter dubitetur, an aliud competit, datur haec actio de dolo, item si actio aequa sit famosa, aut criminalis, sed in hac requiritur, ut famosa sit, aliter *Lauterb p. 80.*

CLXXIV. Quod si in computatione in etate minor-
enni facienda bissexus incidat, is pro uno die habetur *l. 3. §. 3. minor. excip.* si annus ultimus in bissexum incidat. *l. 98. pr. de V. S.*

Tit. IV.

CLXXV. Minores qui veniam etatis impetrarunt contra ipsum hanc etatis veniam a principe restituuntur *l. 3. C. Si adversus rem iud.*

CLXXVI. Etatis facilitas tam diu presumitur, quamdiu non apparet dolus minoris *l. 25. pr. de minor. exc. l. 1. II. §. 4. eod. 2. l. f. C. d. in integr. rest.*

CLXXVII. Effectus privilegii minorennitatis ad ipsos extenditur maiores, tametsi minor noluerit *dissent. Carpzov. l. 2. R. 98.*

CLXXVIII. Doctori juris minorenni, si ex ignorantia juris erraverit, non datur restitutio, bene si errore fidi.

CLXXIX. Socio minoris, nisi causa connexa, non prodest restitutio.

CLXXX.

CLXXX. Contra omissam quamcunque pœnarum executionem restitutio datur *l. 37. pr. de minor.* *Exc. l. l. 18. ex quibus causis major.* *2. l. 7. §. 8. b.* pretium in rem minoris verum esse probat emptor *l. 1. C. si adv.* *Cred. l. 10. l. 16. de pred. minor.* nisi *l.* coactus est solvere *l. 24. §. 4.* *2.* emptor supplere pretium non potest, nisi in eo sola læsio facta sit.

CLXXXI. Dolus adversarii concurrens minoris dolum non tollit, nec compensat *l. 3. v. aditus C. si minorse maj. dissent.* *Lauterb. p. 54.*

Tit. VI.

CLXXXII. Præter absentiam necessariam, qualis quoque est, quæ studiorum l. officii causa *l. 28. pr. ex quibus caus. Maj.* non quæ lucri causa fit *l. 36. 42. eod.* alia quoque restitutionis causæ sunt, v. g. quando actor in servitute *l. 23. §. 1. h.* vel non suo facto impeditus fuisset ut *l. in l. 23. §. f.* *l. 24. 25. b.* *2. l. 26. pr. & §. 4.* *3. l. 1. §. 2. l. 26. §. 2. 4. d l. 26. §. 7. eod.* imo clausula ista, quæ *ex l. 26. §. f.* datur generalis est, locumque habet, quoties arbitrio judicis justa videtur causa, propter justum & invicibilem errorem, quin ignorantiam hæc restitutio utique datur *l. 2. de rest. in integ. dissent.* *Lauterb. p. 26.*

Tit. VII.

CLXXXIII. Contra actionem in rem scriptam editum de alienatione judicii mutandi causa facta non datur, per *l un. C. de alien. jud. mut.* persona equidem heic obligata manente, editum autem hoc, non dominii tantum, sed & possessionis translationem requirit *l. 8. §. 2. l. 4. §. 2. h. t.*

Tit. VIII.

CLXXXIV. Minores *20.* annis arbitri esse nequeunt, maiores *20.* annis restitui possunt *l. 41. de recip. qui arb. seqq.* at judices, si velint, esse possunt maiores *17.* annis *l. 57. d. R. I.*

CLXXXV. In laudo semper majora vota valent *l. 36. de R. I. l. 27. §. 2. d. rec. qui arbitr.* modo omnes ad sint *l. 17. §. f. l. 18. eod.* hodie vocati sint *Dd. add. l. 18.* quod si vota paria sint, arbitri, ut tertium eligant, cogi possunt *d. l. 17. §. f.* quod



14

quod si dies omissus fuerit, adhuc addi debet, aut arbiter quolibet die cogi potest *l. 14. b. exc. l. 13. inf. eod.*

CLXXXVI. Arbitri tota vis ex pacto est, nulla ex sententia *l. 1. C. de rec. q. arbit.* nisi homologata *l. 5. pr. C. eod.* unde ex pacto agitur *l. 2. l. 27. §. f. ff. eod.* & ob dolum læsiō nemque restitutio datur, ut alias: *aut decernit C. eod.* eoram ordinario *l. 30. l. 32. §. 4. b. r.* atque haec est reducō ad arbitrium boni viri, quæ sit, si magna sit iniquitas & justa causa *R. l. 1594. §. 64. seqq.*

CLXXXVII. Ex eo solo non excusatur exercitor, quod hospiti claves cubiculi simpliter, & absque protestatione dederit *arg. l. f. pr. b. r.*

Tit. IX.

CLXXXVIII. Causæ summariae potissimum eo referuntur, quando 1. causa non deciditur finaliter, sed vel 2. ex privilegio 3. lege adjecta *Clem. sape de VS.* vel 4. ex natura causæ, quæ moram non fert *l. 1. §. 6. & passim de agn. lib. O. C. p. 3. c. 2.*

Lib. V.

Tit. I.

CLXXXIX. Ut quis agere vel conveniri possit, requiritur 1. ut possit pacisci 2. ut habeat jus alienandi & administrandi, specialia sunt in minore & prodigo, quod ex delictis conveniri possint, ex pacto non possint; ut quis agere possit, insuper ut Juris Civilis capax sit, requiritur. Infames Judices esse nequeunt *l. 2. C. de dign. non obſt. l. 18. §. 14. ff. de munet hon.* quam pro se allegat, dissentiens *Lauterb. p. 99.*

CXC. Regulariter nemo invitus ad agendum compellitur exc. 1. quando reus actorem citari petit, ut agat *ex L. diffamari*, quæ hic est ejus, qui alium vel debere sibi, l. delinquisse contendit, extra judicium facta jaētatio, estque probanda 2. exc. l. contendat 28. de fidej. si exceptionem habet, quæ tempore perire, vel inutilis ei esse potest, in dubio utrumque cumulatur, & requiritur ut actio intentari actu possit, *l. 11. §. 1. de. rec. qui arbitr.*

CXCI. Cæcus suscep̄tum magistratus officium retinet
diff. Bachov. ad Trentl. v. 1. D. 8. th. 2. lit. B.

CXCII.

CXCII. Commune forum illud est, in quo omnes in prima instantia conveniri possunt. Roma patria, non domicilium sicut omnium, patria duplex est, ubi pater originem, & ubi cum filius nascitur, domicilium habuit, & hoc est domicilium originis.

CXCIII. Per divortium mulier pristinum mariti forum non mutat. l. 64. d. donat. int. conj.

CXCIV. Dos repetitur in domicilio mariti, et si ibi non sit contracta.

CXCV. Uti ex contractu, sic quoque ex quasi contractu agitur in loco quasi contractus l. 45. ff. de jud. concurrit vero hic locus domicilii l. 2. C. de jst l. 19. §. 1. de jud.

CXCVI. Si quis per errorem certo loco solvit indebitum, reperitur ubicunque reus repetitur l. 27. de cond. Ind.

CXCVII. Si in territorio Titii mortifere vulneratus in territorio Caji moriatur, solus Titius est judex, idem est, si immisso Jaculo vulneratus stetit in terra Caji. Mandans autem utrobique convenitur arg. l. 1. C. ubi de Crim.


CXCVIII. Locus injuriæ est ubi illa facta, vel scripta, non ubi nunciata seu insinuata est dissent. Lauferb. p. 103.

Tit. II.

CXCIX. Querela inofficiosi testamenti non est species extraordinariæ hereditatis petitionis, sed saltem remedium aliquod rescindens, ex communi enim veterum & usu recepta sententia hic duæ sunt diversæ actionum species, altera rescindens & preparatoria, altera rescissoria & utriusque intentio, quæstio, petitio, causa, qualitates & omnia prope specie differunt & partim contraria Conf. l. 6. §. 2. junct. l. 19. b. l. 1. d. hered. pet. sed cumulari solent.

CC. In exheredatione liberorum similes causæ non admittuntur, sed eæ solum, quæ ex paritate rationis pro iisdem habentur.

CCI. In exheredatione fratrum nulla necessum est causa exprimatur, cum nec iis legitima debeatur, nisi unico in casu l. 27. C. de inoff. test.



JURIS PANDECTARUM CONTROVERSI,

DISPUTATIO IV.

Quam in Auditorio J Ctorum ad diem 21. Januar. 1699.

Publica disquisitioni subjiciunt,

P R A E S E S

HENR. ERN. KESTNER,

Doct. & Prof. Jur. Ordin.

Et R E S P.

CAROLUS LUCÆ,

Cassellanus.

TH. CCII.

T Estamento propter exheredationem fratum rescis-
so, cætera capita, perinde uti in filiorum exheredatione,
merito valent, frustra contrarium statuente Lauterbach.
p. 108. conf. Clarus §. ad testam. quæst. 55. n. 5.

*Lib. V.
Tit. II.*

CCIII. Legitima quoad liberos Juris Naturalis, quo-
ad parentes Juris positivi est arg. *l. 13. C. de leg. Her. l. 7. ff. de
Bon. damn. l. 7. §. f. ff. unde lib.*

CCIV. Legitima interdum aut tanquam pars bono-
rum, aut tanquam pars hereditatis competit, hoc casu non
potest retineri legitima repudiata hereditate, priori potest
l. 1. ff. d. acq. her.

CCV. Hereditatis petitio est actio mixta, vereque tum
ex jure in re, tum ex jure ad rem *l. 7. C. l. 25. §. 18. ff. de petit. her.
l. 22. §. p. fam. circisc. quin ex delicto datur l. 14. l. 20. §. 5. de pet. her.*

Tit. III.

CCVI. Quicunque liti etiam ex justa causa se offert,
is in petitione hereditatis rectissime possidere dicitur *l. 25.*

§. 17. de pet. her. l. 25. pr. de R. V. qui tamen in jure errat hic pro b. f. possessore habetur.

CCVII. In petitione hereditatis pretium pro re, vel contra, repetitur, non quia res fungibilis, sed quia in universalis actione jus quoque in pretium rei est. diss. Lauterbach. p. 113. conf. l. 13. §. 4. l. 16. §. 1. 2. 5. & f.

CCVIII. Malæ fidei possessor talis est, vel ab initio, vel post litem contestatam l. 25. §. 5 ff. b. ille semper casum præstat l. p. ff. de vi & vi armat, hic nisi æque res apud ipsum peritura. Bonæ fidei possessor rei distractæ pretium restituit cum usuris ex mora l. 1. §. 1. C. de pet. her. M. fid. possessor prædo rem ipsam cum fructibus l. 20. §. 16. ff. cod. nisi res perituræ sint. Hæres M. F. possessoris quæ defunctus debuit omnia præstat l. 2. §. f. C. de fruct. & lit. impens. quæ ipse bona fide accepit, quatenus locupletior factus l. 20. §. 6. de Her. pet. usuras tamen M. f. possessor non, nisi perceptæ & constitutæ fuerint, præstat l. 62. pr. ff. de R. V. l. 34. de usur, at fructuum debitorum usuræ a tempore moræ debentur l. 40. §. 1. l. 51. §. 1. de Her. pet. nisi lite contestata percepti l. 2. C. d. t.

Lib. VI.

Tit. I.

CCIX. Si ante l. C. bonæ fidei possessor possessionem, licet lata culpa amiserit, tamen tenebitur, culpa enim lata pro dolo habetur supr. th. l. 40. conf. l. 2. C. in lit. jur. l. 13. l. de R. I. dissent. Lauterb. p. 116.

CCX. Bonæ fidei possessor ante litem contestatam perceptos fructus quoscunque suos facit, de percipiendis & consumptis, licet inde locupletior factus, tutus est §. 45. l. de R. D. l. 48. §. 2. ff. de A.R.D. l. 4. §. 2. ff Fin. Reg. modo tempore perceptionis adhuc in b. t. sit dict. l. 48. §. 1. & titulum habeat §. 36. l. de R. I. in praxi si locupletior factus, dabitur condicō ex moribus.

CCXI. Fructus sunt accessio rei l. 15 ff. de R. V. seu portio hereditatis l. 2. C. de pet. Her. illa soli pendentes l. 44. ff. de R. V. hac, percepti quoque continentur l. 18. §. 1. ff. ad Trebell.

CCXIL

CCXII. Bon. fid., quin & malæ fid. possessor impensas fructuum necessarias deducunt, non verò eis actio datur *l. 41. de condit. indeb. l. 48. b. l. 14. §. 1. comm. div. l. 14. de dolit mal. exc.* at datur in hereditatibus *l. 38. de pet. her. secus in praxi: utiles impensæ tantum deducuntur, quatenus excedunt fructus ante item contestatam perceptos l. 48. b.*

CCXIII. In publiciana actione de jure stricto in re *Tit. II.* legata neque vera neque ficta traditio requiritur *l. 2. inf. ff. de publ. in rem att. dissent. Lauterb. pag. 118.* Si idem non dominus rem eandem pluribus vendiderit, datur publiciana ei, cui prius est tradita: si diversi non domini vendiderint, potior causa est possidentis *l. 9. §. 4. ff. de publ. in rem. att. si tertius possideat, tum prior accipiens præfertur.*

CCXIV. Quando ignorans a furioso quid emit, competit publiciana ex titulo generali *l. 7. §. 2. de publ. att. usucapio etiam ex titulo singulari pro emptore l. 2. §. 16. pro empt. dissent. Lauterb. p. 118.*

CCXV. Mala fides superveniens utroque & civili & canonico jure excludit publicianam arg. *l. 48. §. 1. de A.R.D. l. 2. §. 16. pro empt. l. 15. §. p. de usucap. usucaptionem tamen de jure can. c. ult. X. de prescr.*

CCXVI. In contractu Emphiteutico scriptura ad probationem, non constitutionem requiritur *l. 1. C. de jur. emphit. diff. Carpzov. p. 2. c. 39. d. 7. num. 6.* *Tit. III.*

CCXVII. Contractus Emphiteuticus est b. fidei.

CCXVIII. Constitutam, & titulo singulari in alios translatam emphiteusim, nec prohibere, nec revocare possunt liberi quando heredes sunt, secus, si tales non sint. *Conf. §. 3. 1. h.*

CCXIX. Extinguitur quidem jus emphiteuticum culposa & insigni rei deterioratione *aut qui rem C. de SS. Eccl. quodsi tamen damnum in continentि emphiteuta reparare possit, & velit, cessabit hoc:*



CCXX. Propter apochas non traditas non inducitur
jus caduci *l. 2. pr. C. h.*

CCXXI. Hypotheca quidem in emphiteusi potest
constitui citra Domini voluntatem, non tamen præjudicet
Domino, secus in feudo.

CCXXII. Quando partem canonis quam Dominus
recipere non vult, quis tradit, emphiteusi utique cadit
l. 176. d. V. S.

Lib. VII.

Tit. I.

CCXXIII. Quæ ita dici explicarique solent extra-
ordinariæ servitutes, si ad prædii utilitatem constitutæ sunt,
veri prædiales, et si heredibus ob pactum adjectum non
competunt *l. 3. & 4. ff. de S. P. R.* fin minus, ne quidem per-
sonales sunt servitutes *l. 14. in f. de alim. leg.*

CCXXIV. Fructuarius rem naturaliter tenet *l. 12. ff.*
de A. P. una enim rei possessio naturalis est.

CCXXV. Omnis servitus per se individua est, sed in
usufructu & servitutibus aquæ corpus dividuum *l. 19. §. 4.*
Comm. div. l. 4. & seqq. de aqu. quot. jus percipiendi per se
quidem non dividitur, bene tamen effectus corporis.

CCXXVI. Fructuarius & colonus suo facto acqui-
runt §. 36. *de R. D.* Bon. Fid. possessor simpliciter *l. 48. de*
A. R. D. heredes coloni & B. f. possessoris succedunt §. fin.
locat. l. 9. pr. de publ. act. non fructuarii *d. §. 36.* maritus ejus-
que heres semper pro rata anni *l. 57. & paßim. solut. matrim.*

CCXXVII. Uſufructuarius proventus metallicos sibi
applicare potest. Modo 1. paterfam. solitus sit iis uti *l. 13.*
§. 5. de uſufr. 2. ii renascantur. 3. aliis fructus melior ex ea
parte non oriatur *d. §. 5.*

CCXXVIII. Uſufructuarius gregem ex foetu supplet,
secus si abortiat *l. 68. in f. b.* arbores quoque vetustate e-
mortuas, non casu dejectas substituit *l. 59. in f. b.*

CCXXIX. Uſufructuarius non jus uſuſructus, sed
exercitium & facultatem utendi: aliis concedere potest *l. 66.*
ff. de jur. dot.

CCXXX.



CCXXX. Portio deficiens accrescit alteri in eandem rem conjuncto, qui nondum defecit, exceptiones refert Lauterb. tit. de usufr. accresc. inter verbis verò conjunctos non datur jus accrescendi dissent. Lauterbach. p. 127. Conf. l. p. h.

tit. II.

CCXXXI. Cessione tollitur usufructus quamvis ea extraneo facta sit: quoad mutationem notandum, quod quoties ea species in qua usufructus constituitur in aliam mutatur, toties finitur usufructus l. 10. §. f. quib. mod. toll. usufr. in dominio & pignore non nisi per specificationem l. 22. de leg. l. 29. §. 2. de pign.

tit. IV.

CCXXXII. Ususfructus civitati relictus tollitur 100. annis, non obstat l. 68. ff. ad L. Falc.

CCXXXIII. Quod res mobilis heic in usufructu sive 10. sive 20. annis praescribatur, de jure non constat dissent. Lauterb. p. 128.

CCXXXIV. Vestimentorum verus, non quasi usufructus est l. 15. §. 4. de usufr. l. 9. §. 3. usufruct. quemadm. caveat. diss. commun.

tit. V.

CCXXXV. Cautio quoad jus exigendi, non quoad actum cavendi est de forma Q. usufr. l. 5 §. 1. de usufr. ear. rer. quo usu. consum. Cautio verò ista, se boni viri arbitratu usurum, omitti, non remitti potest. conf. l. 5. & l. 7. usufr. quemadm. cav. fructus tamen ante cautionem praestitam perceptos non restituit fructuarius.

CCXXXVI. Qui servitutem habitationis habet, eam locare, non donare potest l. 10. ff. l. 13. C. de usu & habit.

tit. VIII.

CCXXXVII. Quando praestita cautione deterioratio fiat ex insita negligentia fructuarii statim ea perit, & semel committitur cautio, si vero ex aliqua culpa insolita, non statim definit usufr., adeoque sapientius cautio committi potest l. 1. §. f. ff. usufr. quemadm. cav.

tit. IX.

CCXXXVIII. Causa servitutis semper perpetua l. 28. ff. de S. P. II. at neque causa, neque usus continuus. l. 14. pr. b.

tit. I.

CCXXXIX.

CCXXXIX. Qui dominium revocabile habet, servitatem quoque imponere potest *l. 11. §. 1. Quemadmod. Serv. diff. Lauterbach. p. 134.*

CCXL. Servitutes quidem non usucapi, sed longi temporis præscriptione acquiri possunt.

CCXLI. Recte acquiritur & constituitur servitus propter futura prædia *l. 98. ff. de V. O. dissent. Lauterb. p. 135.*

CCXLII. Servitutes per partes neque constituuntur, neque amittuntur *l. 34. pr. de S R. sed constitutæ retinentur per partes l. 8. §. 1. de serv. hinc duo condomini servitum invicem remittere non possunt.*

Tit. II. CCXLIII. In materia servitutis stabula & horti voluptuarii sunt rustica, in jure minorum urbana *l. 198. de V. S. in tacito pignore illa urbana, hi rustica l. 4. in quibus caus. pign.*

CCXLIV. Servitus altius tollendi vel non officiendi luminibus & prospectui tum proprie locum habet, quando haec facultas in favorem vicinorum lege publica restricta est.

Tit. III. CCXLV. Actio directa confessoria ipsi etiam usufructuario datur pro servitute reali nomine Domini contra extraneum *l. 1. §. f. l. 2. ff. de op. nov. nunc. pro usufructu etiam contra dominum l. un. §. 4. & §. deremiss. dissent. Lauterb. p. 139.*

CCXLVI. Si prædium dominans vel serviens alteri acquiritur revocabiliter, semper restituitur servitus finito dominio *l. 7. pr. §. 1. de fund. dot. at, si adita hereditate confusa sit servitus, & postea vendatur, ex æquitate tantum restituitur.*

CCXLVII. Una servitute remissa, non censentur reliquæ remissæ, nisi principalis sit *l. 17. ff. quemadmod. servit amitt. limitandum quoque hoc, si plures sint dominantes l. 6. §. 1. d. t. non servientes l. 18. eod. nisi per longitudinem divisa sit servitus l. 6. §. 1. eod. aliter Lauterb. p. 141.*

Lib. IX.
Tit. I.

CCXLVIII. In actione si quadrupes pauperiem fecerit, requiritur ut damnum ab alieno animali illatum fuerit, pro alieno quoque reputamus, et si is qui damnum passus est, sub resolutiva vendidit, vel sub suspensiva conditione emit *L. 52. §. 3. ad L. Aquil.*

Tit. II.

CCXLIX. Actio legis Aquiliæ non datur, si liber homo statim perierit, hæc actio enim pro damno dato, non futuro datur, post mortem nemo damnum patitur, uti hominis mortui nullæ operæ, sic nec damnum *dissent.* *Lauterbach.*
p. 143.

CCL. In actione Legis Aquiliæ indistinctè culpa levissima præstatur, non vero locum habet, quando omittendo damnum illatum *l. 3. §. 1. navt. camp. stab. l. 7. §. 4. l. 27. §. 9. b. diff.* *Lauterb. p. 144.*

CCLI. In eadem hac actione si plures damnum derint, & nescitur, quis occiderit, omnes tenentur de occiso *l. 11. §. 2.* si constet, is solus *L. 51. ad L. Aquil.* at corporaliter solus, de quo constat *l. 5. pr. de pœn.*

CCLII. Id proprio vulneris lethale est, ex quo læsum mortuum, aut moriturum esse judicio medici appetet *l. 7. §. 5. b.* Si rupto fune, navis in aliam illata est, tenetur dominus ejus damni infecti *l. 9. §. 3. ff. damn. infect.*

CCLIII. Qui agit contra vicinum in cuius ædibus ignis exortus, probare tenetur ipsius culpam *arg. l. 3. §. 1. de off. præf. vig. arg. l. 30. §. f. de loc. cond. arg. l. 11. de per. & comm. rei vend.*

CCLIV. Desermitas aut dolores in judicium L. Aquiliæ non veniunt, sed hoc nomine injuriarum quis agere potest *arg. l. 5. §. ult. b.*

CCLV. Dantur judicia mixta eoque recte Jud. fin. reg. fam. ercisc., & communii divid refertur *§. 20. l. d. aet. add. l. 1. l. 12. ff. l. 3. C. fin. reg. l. 22. §. p. fam. erc. l. 1. l. 4. §. 3. comm. div. §. 3. & 4. de obl. quæ ex qu cont. diff. Vinn. ad §. 20. & Berger. in resol. leg. obſt. ad Lauterb. b.*

Lib. X.
Tit. I.

CCLVI.



CCLVI. Judicium finium reg. ex delicto est, vel quasi, non, uti frustra Lauterb. p. 148, sentit, quasi contractu §. p. I. de off. jud. §. 3. & 4. I. de obl. quae ex quasi contr. §. 28. 1. de act.

CCLVII. Actio fin. reg. est arbitraria, non stricti juris §. 31. d. act. §. p. de off. jud. diss. Lauterb. p. 148.

CCLVIII. Confinium non est spacium quinque pedum, quod tollit confinium, & hanc actionem, & id mutatum est l. p. C. fin. reg.

Tit. II.

CCLIX. In actione familie erciscundæ in actore non requiritur possessio l. i. §. 1. fam. ercisc. l. i. §. p. comm. div. nisi reus neget hunc coheredem d. l. i. §. 1. at in reo semper l. 6. §. 1. l. 24. §. 1. comm. div. alienatione facta utilis datur, quatenus personalis l. 6 pr. comm. div.

CCLX. Res divisiæ l. 2. §. f. h. individuae l. 25. § 9 h. communes, in divisionem non veniunt l. 54. fam. erc. at in judicium d. l. 25. §. 6. l. 4. pr. eod. res dividuaæ adjecto pignore fiunt individuae l. 25. §. 10. seqq.

CCLXI. Quando in divisione hereditatis per sententiam judicis facta, immodece quis Iesus fuerit, restitutio nem eius nomine petere potest arg. l. 2. C. si adv. sent. diss. Lauterb. Carpzov. Hahn. h.


CCLXII. Divisione a privatis facta, omnis, quin etiam quæ infra dimidium est, inæqualitas corrigitur, quod in aliis contractibus longe secus l. 3. C. Comm. utr. jud.

CCLXIII. Petitione hereditatis sœpe, actio fam. ercisc. semel instituitur.

CCLXIV. Quando hereditatis divisio à testatore facta fuerit, evictio non est opus l. 77. §. 8. de leg. 2. nisi mutuo invicem coheredes quid præstare debeant l. 33. h. dissent. Lauterb. p. 152.

Tit. IV.

CCLXV. Actio ad exhibendum non est in rem scripta, sed ex natura facti est, quod contra possessorem detur.



JURIS PANDECTARUM CONTROVERSI,

DISPUTATIO V.

Quam in Auditorio JCtorum ad diem 20. Maj. 1699.

Publica disquisitioni subjiciant,

PRÆSES

HENR. ERN. KESTNER,

Doct. & Prof. Jur. Ordin.

Et R E S P.

ADOLPHUS HENRICUS DESENIS,

Dedmoldia Lippiacus.

TH. CCLXVI.

Quando ante locationis tempus famuli discedunt, Do-
minus de præterito tantum interesse deducit, judex
tamen præmaturum discessum punit *arg. l. 15. §. 7. & 8. ff. loc.
cond. dissent. pastim.*

*Lib. XI.
Tit. IV.*

CCLXVII. Ludere licet, recte tamen iudi prohibentur.

CCLXVIII. Quando iudi LL. civilibus interdicuntur, repetitio illius, quod in ludo amissum, verecundiam apud bonos gravesque viros non laedit *diff. Laut. p. 159.*

Tit. V.

CCLXIX. Ludorum receptatoribus fenestræ recte excutiuntur, nec eo nomine agere possunt.

CCLXX. Sponsione de adventu alterius, quem casus impedit, facta, vincit negans.

CCLXXI. Remed. l. 2. C. de resc. vend. in sponsioni-
bus locum non habet.

Tit. VII.

CCLXXII. Cemiteria auctoritate Magistratus Secularis, non Ecclesiastici constituantur.

CCLXXIII. Si quis in locum religiosum, in quem nullum jus competit, intulerit, actio in factum, quæ hoc nomine datur à parte actoris est ex jure in re *l. 8. §. 4. de rel.* à parte rei ex facto illico *l. 2. §. 2. eod.* quæ ipsa actio heredi & contra heredes datur. Sumptus tamen funebres facti vel excedi, vel minus fieri possunt pro dignitate personarum; judicium discretionis igitur heic adhibendum: contra socium hæc actio non dabitur, sed hoc nomine judicium comm divid, tenet.

Lib. XII.

CCLXXIV. Divisio mutui in naturale, civile, & mixtum, quin & illa, qua in verum & præsumptum dividitur, nulla est. *dissent. Bachou. v. 1. §. 20 th. 1.*

Tit. I.

CCLXXV. Errantem mutuum non contrahere, communis schola docet, quod tamen ita temperandum, ut talis mutuum non contrahat *i.* qui in corpore erravit *l. 36. pr. d. A.R. D.* *2.* si per errorem quis suos nummos, tanquam alienos dedit *l. 3. §. p. de cond. causa dat.* quoniam omnis in talem rem disponendi facultas exulat, cessat quoque si in causa dandi ita errant, ut unus tantum putet causam esse dominii translativi *l. 8. pr. d. Reb. Cred.* quodsi uterque in translationem dominii consenfit, transit quidem dominium *l. 36. de A.R.D.* at neutra causa subsistit *l. 20. de reb. cred.* inde re extante, semper conditio datur, consumpta, actor repellitur exceptione doli *l. 8. §. 1. de reb. cred.*

CCLXXVI. Putant Dd. fictam rei traditionem in mutuo ex benignitate per traditionem brevis manus fieri, verum talis benignitas tantum in uno casu valet, in ceteris rejicitur *l. 34. pr. ff. mandat.* deinceps valet mutuum, si traditio brevi manu saltem intervenerit, adeoque inter præsentes arg. *l. 31. §. 1. de donat.* *l. 1. §. 21. d. A.P. §. 36. de R.D. l. 74. de contr. empt.*

CCLXXVII. Pupillum mutuum dare non posse

notiorii juris est, quodsi tamen mutua pecunia data, eaque consumpta fuerit, an mutuum convalescat queritur? affirmat Lauterb. tit. de R. cr p. 167. verior est negativa, quia ab initio non valet arg. l. 24. pr. de O & Alt. junt. l. 32. de Reb. cred. arg. l. 14. & 18. pr. eod. mutuum enim istud neque eo tempore quo datum, fuisset enim nullum, neque tempore consumptionis contractum.

CCLXXVIII. Recte procurator mutuum accipit, qui personam nuncii heic non repræsentat. diff. Lauterb. p. 167.

CCLXXIX. Pecunia in eadem bonitate extrinseca restitui debet, quæ fuit tempore contractus, et si alia materia sit, modo non damnum creditor sentiat. l. 99. ff. de solnt.

CCLXXX. In contractu literarum obligationis, numeratio est causa obligationis, non ipsa obligatio l. 2. §. 3. de dol. mal. except. quippe quæ in promissione per literas facta consistit.

CCLXXXI. Querela non numeratæ pecuniae in omnibus causis, quibus quis ex traditione ad restituendum obligatur, excepto deposito, locum habet, datur inter mercatores, datur Campzori, non insitori Colerus proceff. execut. c. 4. n. 9. post biennium debitor auditur, si probare velit numerationem non esse factam, nam habet generalem doli exceptionem l. 3. C. h. quæ sua natura perpetua est.

CCLXXXII. Jurare licet, non tamen temere, jurantes obligantur civiliter si pacisci possunt aut. Sacram. C. si advers. vend. ad pænam doli capaces c. 1. de delict. puer. no- cent deferenti omnes qui intellectum habent l. 26. pr. h.

tit. II.

CCLXXXIII. Juramentum ad turpia non obligat, hodie quoties a parte jurantis absque injuria & turpididine juramentum præstari potest, toties illud servandum est.

CCLXXXIV. Juramentum cum quis jurat per aliam salutem, sub voce jurisjurandi continetur, sed nec solenne est, nec in re occulta licitum arg. l. 2. C. de Rebus. cred. & l. 2. C. ad L. Jul. maj.

CCLXXXV. Parentes non præstant juramentum calumniæ l. 8. §. 5. qui satisd. cog. l. 16. b. l. 7. §. 3. de obsequ. par. præst.

CCLXXXVI. Probatio vulgaris quæ per duellum, aquam frigidam & ferrum fit, merito recteque prohibetur, non purgatio canonica t. t. X. de purgat.

CCLXXXVII. Infamibus juramentum purgatorium non injungitur, nec infamis juramentum judiciale defert diff. Lauterb. p. 182.

CCLXXXVIII. Qui juramentum litis decisorium præstat, ex consensu probat, si nolit, deferens probat ex fortissima juris præsumptione, in juramento judiciali singulare est, quod is, cui defertur, vel jurare teneatur, vel referre l. 17. pr. b. ex delatione, non relatione exigi potest juramentum calumniæ l. 34. §. 6. & 7. b. ex relatione oritur necessitas præcise præstandi, qui vero omisso juramento delato probationes suscipit, amplius redire ad juramentum non potest l. 11. C. de R. Cr.


CCLXXXIX. Susceptum juramentum non habetur pro præstito, nisi in judicio quis se declaraverit, nec in mora fuerit l. 39. de R. I., non si tacuit.

CCXC. Post sententiam utique actio ex juramento datur l. 8. C. b. diff. Lauterb. p. 185. sententia enim non tollit actionem semel competentem.

CCXCI. Juramentum necessarium delatum omnino præstandum est, quod si tamen aliquis alias probationes offerre velit, id recusari potest, datur enim hoc ob inopiam probationis diff. Lauterb. p. 186.

Tit. III. CCXII. Juramentum in item illi tantum datur, qui Dominus negotii est, non alii diff. Lauterb. p. 191. conf. l. 7. b. affectionis juramentum procuratori, nec hodie deferri, sed per procuratorem etiam jure communī præstari potest.

CCXIII. Quotiescumque quis quod suum est, vel sicut, & sine justa causa desit, quocunque remedio repetit, idque



idque dolo vel contumacia non reddatur, toties recte juramentum in litem defertur. Quod ipsum quoque in judicio tutelæ, si ea repetitur, quod pupilli est, vel fuit, locum habet.

CCXCIV. Nec in actione negotiorum gestorum, nisi quis suam rem petat, vel repeatat *l. 2. C. 1. 8. b. 1. 7. de adm. tut.* nec in actione empti *l. 4. C. de act. Empt. juramentum affectionis locum habebit.*

CCXCV. Condictio inspecie est actio personalis, aliud nomen non habens, qua quis rem sine justa causa in alterum translatam sibi dare oportere intendit, estque Juris Gentium *l. 25. inf. ff. de act. rer. amot. l. 1. §. f. de cond. sine causa.* Causa vel nulla est, vel quæ injusta, aut non secuta est. Causa data est, res in alterum translata, non secuta, res vel factum, quod vicissim præstari debuit, nec præstitum est, utrumque honesta. Nudum factum præstitisse dicitur, per quem nullo modo stetit, quin præstitum fuerit *l. 39. de R. I. l. p. & f. C. h.* ex hac causa concurrit hæc condictio & actio præscriptis verbis *l. f. b. 4. 5. §. 1. prescr. verb.*

CCXCVI. Ex duplo casu causa non sequitur 1. si dantem pænitentia 2. si accipiens non præstet *l. 3. §. 2. b.* præstitisse videtur factum, si per ipsum non fiat, quo minus fiat, *l. 39. de R. I. & magis, si stet per dantem l. 2. h. stare per eum quoque dicitur, in quo est causa impossibilitatis l. 5. pr. l. 3. §. 5. b.*

CCXCVII. Si causa consistat in daendo & casu impossibilis facta, non cessat condictio *l. f. b.* sed actio præscriptis verbis datur *l. 5. §. 1. ff. de P. V.*

CCXCVIII. Condictio heredibus ad hunc quoque effectum datur, ut ex propria pænitentia rem petere possint, & non uti Lauterbachius p. 197. vult, quasi heredes in voluntate, in qua defunctus perseveravit, acquiescere debeant arg. *l. 35. de O. & Aet. t. 1. C. ut act. ab hered. & contra hered. prescip.*

Tit. IV.

CCXCIX. Condictiones quæ quasi ex Contractu sunt dantur inter eos, quorum vel res est, vel quorum nomine gestum est, si ipsi ratum habeant *l. 5. l. 53. de condit. indeb.* item contra eos, à quibus res bona fide consumpta est, et si res aliena, *l. 3. l. 4. l. 6. ff. de condit. sine causa*.

Tit. V.

CCC. Condictio ob turpem vel injustam causam non est stricti juris, omnes enim actiones ex delicto sunt arbitriæ, nec oritur hæc ex quasi contractu, quin potius ex delicto, *diss. quoad utrumque Lauterb. p. 198.*

CCCI. Turpe hic est, quod honestati naturali non soli utilitati contrarium *l. 1. C. de Condit. ob caus. datorum junct.* *l. 4. C. de incestis nupt.* 2. si detur nequid fiat, quod virtutis & officii est *l. 4. §. fin. l. 5. ff. h. t.* 3. si virtutis est, ut vel ne fiat, idque venale sit *t. t. ff. de Donat. inter Conjuges t. t. de Calumniat.* nisi opera æstimabilis conjuncta sit, *l. 4. §. fin. de condit. ob turpem caus.*

CCCII. Si ex causa turpi aliquid promittatur, promissio ipso jure valet, sed actor repellitur exceptione dolii, *l. pen. ff. de condit. ob turp. caus. l. 5. C. eod.* secus si ipsa promissio sit turpis *l. 26. de verb. obligat. diss. Lauterb. p. 199.*

Tit. VI.

CCCIII. Quoad conditionem certi ex condicione indebiti oriundam sufficit id quod condicitur, alterius esse, et si nuda possessio sit, sed si incertum id sit, ideo incerti conditio datur. *l. 40. §. 1. de condit. indeb.*

CCCIV. Qui remunerandi causa errore quid dat, non repetit *l. 65. §. 2. de Cond. indeb.* qui solvendi animo, putans ex alia causa se debere, repetit.

CCCV. Quoad veram vocabuli debiti significacionem, probe notandum est. 1. quod debitum hic primo sic quod jure gentium debetur *l. 47. in fin. l. 64. de cond. indeb.* nec perpetua exceptione totum eliditur *l. 26. §. 3. de Condit. indeb.* 2. quod nobis solvit debitoris nostri debitor *l. 44. h. t.* Vel 3. quod pater pro filio ultra peculium solvit *l. 11. ff. de condit. indeb.* 4. quod ad piam causam solvit *l. 32. §. 2. h. t.*

CCCVI.

CCCVI. Quod ex judicis sententia licet iniqua debetur pro debito tamen habetur, inde in eo, qui iusta judicis sententia absolutus est, non manet naturalis obligatio, quæ jure civili non simpliciter reprobata est, uti dissentiens *Lau-*
terb. p. 202. ex l. 60. pr. h. t. vult, contrarium demonstrat
l. 13. quib. mod. pign. solv. conf. l. 47. de oblig. & actionib.

CCCVII. Qui sciens indebitum solvit hac actione non repetit *l. 1. §. 1. l. 24. ff. h. t. l. 9. C. h. t.* cum donaverit
l. 53. de reg. Jur. in jure errans, similis est scienti, *l. 9. C. ad*
leg. Falcid. neque condicit, *l. 10. C. de jur. & fact. ign.* dissen-
tiunt varie. Dubitans in hac materia pro ignorantē & er-
rante habetur, hic enim non queritur de bona vel mala fide,
ut in usucapione, sed quo animo solverit.

CCCVIII. Actor probat indebite solutum esse *arg.*
l. 25. ff. de prob. excipe si præsumtio sit pro solvente uti in l. 25.
§. 1. & 2. de prob. vel contra accipientem, quando sibi so-
lutum negat *dicit. l. 25. princ.*

CCCIX. Procuratore domini nomine indebitum solvente competit hæc condicō illius domino, qui in specie solutionem illam mandavit, aut postea ratum habuit, etiamsi propriam procurator pecuniam solvit, fidejussore principalis nomine indebitum solvente, competit condicō principali.

CCCX. Si aliud aut aliud à duobus reis debeatur, &
uterque simul solverit, creditor eliget, utri reddat *l. 21. de*
cond. indeb.

CCCXI. Condicō indebiti ob renunciationem ex-
pressam non cessat, hæc enim ex eodem errore est quo
solutio.

CCCXII. Condicō sine causa alia est generalis, quæ
concurrit cum præcedentibus, alia specialis, quæ datur reli-
quis deficientibus, ut in *l. 2. ff. & l. 2. C. h. t.* nec tam est ex
quasi contractu, quam ex variis causarum figuris.

CCCXIII. Condicō furtiva certi in genere datur soli
domino *l. 1. ff. h. t. l. 14. §. 16. de furtis.* incerti, creditori pi-
gnoris *l. 12. in fin. h. t.*

Tit. VII.

Lib. XIII.

Tit. L.

cccxiv.



CCCXIV. Commodatario, nisi litis aestimationem praestiterit, haec condicō non datur l. fin. §. 3. C. de furtis quin ne usufructuatio quidem l. 12. §. 2. de usufruct.

CCCXV. Heredibus ratione rei inspecie legatae condicō furtiva non datur.

CCCXVI. Contra heredes furis, etiamsi ad illos ex delicto nihil pervenerit, & fur laqueo suffocatus fuerit, condicō furtiva rectissime dabitur diff. Pagenstecher in scilicet. ad Lauterb. non tamen in bonis furis tacita est hypotheca diff. Baldus. consuetudinem autem istam, quæ rem furtivam Magistratui addicit, irrationalabilem esse, docet ord. Crim. tit. 207.

Tit. III. CCCXVII. Certum est vel simpliciter, uti semper pecunia in negotiis stricti juris, unde condicō certi l. i. ff. de cond. trit. vel certum in se, sed ut addi aliquid, vel decadere possit d. l. i. l. 74. de V.O. unde condicō triticiaria, si aliud negotium vel actio deficiat d. l. i. illa semper stricti juris, haec in se arbitraria, nisi negotii alia natura sit l. 3. b. t. condicō certi non est duplex specialis vel generalis, sed una quæ omnes species complectitur. Aestimatio heic ejus temporis inspicitur, quo dari debuit l. f. b. t. si sine dolo malo ad judicium reus provocet, in stricti juris judiciis inspicitur tempus litis contest, in bonæ fidei negotiis rei judicatae l. 3. §. 2. Comod. l. 27. in f. mandat. l. pen. b. t. post moram quanti plurimi l. 3. §. f. de actionib. empr. l. 37. in f. Mandat. satisfactione adjecta, hujus tempus l. 22. delobl. & actionib.

Tit. IV. CCCXVIII. Actio de eo quod certo loco dari oportet, non in quovis, sed vel in domicili, vel in loco contractus solutioni destinato intentari debet. arg. l. 2. & l. 3. ff. de reb. autorit. judic. poss.

Tit. V. CCCXIX. Alienum debitum etiam ignorante & invito debitore constitui potest, inutilis tamen fidejussio non valet tanquam constitutum, differt quoque constitutum à stipulatione & fidejussione hodieque.

380/44/58557(8)

X13<4458557800018









colorchecker CLASSIC

